



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

77. Monasteriis, an Episcopus præficere possit Clericos seculares.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

De Jurisalit. Ordin. in Exempt.
 Sic etiam Rescriptum quod nullum est, nullus soler eff. effectus operari. glo. fol. 9
 in cap. extenore ubi fol. numero 2. de Rescriptis. Quæ quidem obviriunt poligam lexi-
 dum juris civilis rigorem: at vero jure Canonico notandum est, omnem præcep-
 tionem interrumpi per solam executoris missionem, undequaque enim superveni-
 malia fides, etiam sine aliquo judicio, interrumpitur impediturque præcep-
 tio Angelus §. equè nam. 14. vers. adveras tamē, cap. fin. ubi DD. de precepto. Dij. cap.
 de Reg. iur. in 6. Bald. lib. 2. C. de serv. viii. & aqua vers. alterius quartius nunquam precep-
 tu

Q V E S T I O LXXVII.

Monasteriis an Episcopus præficere possit Clericos Seculares.

S V M M A R I V M.

1. Appellatione Monasteriorum, veniunt Religiosi utriusque sexus.
2. Præficere aliquem alio Monasterio, est delege Diocesana.
3. Clerici Seculares Monasteriis præfici non debent.
4. Non expedit homines diverse professo-

nis esse in eodem loco.
 5. Regularia Regularibus, Secularia Secu-
 laribus sunt relinquenda.
 6. Moniales melius reguntur à Regularibus
 eiusdem Ordinis, quam ab aliis.
 7. Beneficia Secularia Secularibus, Regu-
 laria regularibus sunt relinquenda.

Præmitto appellatione Monasteriorum non tantum comprehendi Monasteria
 vitorum sed etiam Monialium. cap. Monasteria pullarum 18. quæst. 3. cap. Mo-
 nasteria de vita & honest. Cler. Clem. 1. ubi glo. 2. de electione. Mandos ad Reg. Cancell. 1.
 in prefat. nu. 6. Præmitto secundo, præficere aliquem alio Monasterio videri elle-
 1 de lege Diocesana, à qua lego Monasteria aliqui subiecta sunt in multis Diocesana-
 legi speciebus exemplia, c. inter cetera 10. q. 4. cap. cum pro utilitate 16. qu. 1. cap. quam
 sit 2. qn. 18. & cap. Abb. cap. luminoso ibidem & script. lib. 1. quæst. 15. & con sequenter
 Monasteriis præfici non debet Clericos Seculares Gregorius sumimus Pontifex
 3 Joanni Archiepiscopo Ravennati rescripsit in cap. pervenit ad me, & in cap. dudum
 ad nos 18. quæst. 2. tum quod Hierarchia, & conveniens ordo Itacus cuiuslibet
 Ecclesie sive Regularis, sive Secularis non sit subvertendus. cap. 2. de supp. negl. Pra-
 4 lat. Archid. d. cap. pervenit num. 3. 18. quæst. 1. tum quod non expedit homines diver-
 se professione esse in eodem loco cap. in Nova 16. quæst. 7. Archid. d. cap. pervenit
 numero tertio, tum denique, quod sacrosancto Concilio Nicano cap. 54. sanctum
 fit, Regularia regularibus, Secularia secularibus esse relinquenda. Reverendissimus
 Genebrardus Archiepiscopus ad aquas sexias, desacrarum elect. jure & necess. cap. 2. art. 8
 fol. 33. Sic etiam in Concilio Agilensis statutum est, Monialium Monasteria

restitu

sedius convenientiusque regi per mystagogum aliquem regularem ejusdem vita & profissionis Monastica, quam per aliquem Sæculariem Sacerdotem. cap. in decima 18. quæst. 2. præficiendo enim exercitio vita Monastica signanter sanctimonialium; Sæculare Sacerdotem, esset arare in bove & asino, quod lex Moysis, facraque Scriptura detulatur dicitur. cap. in nova 16 quæst. 7. cap. cum causam de cœlest. glo. cap. 4. in verb. Clericos Sæculares, de statu. Monach. que prohibet in uno eodemque vita officio disparem via professionem concurrere. glo. d. cap. fin. in verb. Clericos Sæculares, quod etiam eum censoriora notam Regulares ferre, fuerit impermissum. Renatus Choppinus de Domus Franci lib. 3. tit. 28. num. 9. idipsum in beneficiis dispositum est: beneficia eum Sæcularibus Sæcularibus, Regularia Regularibus sunt relinquenda. cap. cum de br. de prab. in 6. W ames. cons. 29. n. 1. de jup. negl. Prelat. Conc. Trid. sess. 14. cap. 10. fol. 25. cap. 21. de Regularib. qualiter autem Regularia beneficia à Sæcularibus decernantur, vide post Felinum in cap. in nostranum. 24. & 46. de Rescript. W ames. d. cons. 29. num. 5. Quod restingo, nisi iusta aliqua causa superveniat, ob quam alter veniat flavendum. Hoft. cap. quæst. Dei timorem. de statu Monach. Arch. d. cap. p. venit n. 2. se fin. 38. quæst. 2.

Q U E S T I O LXXVIII.

Ordinarius an ab Hospitalariis eleemosynarum alisque possit exigere rationem.

S U M M A R I U M .

1. Destinata in unum locum, in alium convertii non debent.
2. Ordinarii de jure conciliari fundatam habent intentionem visitandi Hospitalia, Collegia, Confraternitates, & statuta condendi. n. 4.
3. Quod extende, etiam si fundator id prohibuerit.

Prolet: nisi Exemptio aliqua obsteret. Clem. quia contingit, ubi glo. & DD. de Relig. domib. Abb. cap. 1. de Exemp. & vend. Fel. cap. dilectus de offic. Ord. W ames. cons. 193. tom. 2. ideoque exirent ordinarius, ne Eleemosynarii juxta proverbium unum altare detegant, ut aliud regant d. cap. quia contingit. Cons. Trid. sess. 7. de Reforms. cap. 15. ut nec ne destinata in unum locum, in alium convertantur, prout & ne reliqua pauperibus unius loci, alterius loci pauperibus quantumvis egenis distribuantur. Balde & DD. d. id quod Panperibus C. de Episc. & Clericis. W ames. d. cons. 293. quod restringo,

PPP